12-9-8

BRACHYLOGOS

TOTIVS IVRIS CIVILIS, SIVE CORPVS LEGVM: ITEM INSTItutiones T. Caij Iureconſul. & Dom. Vlpian. ex toto ſcriptorum ipſius corpore tituli vndetriginta:

Num 13 caxo 9.

Quibus acceſſerunt

Num 35.

Iulij Pauli Sentẽtiarum receptarum ad filium libri quinq; anteà typis non commiſsi.

LVGDVNI,

Apud Ludouicum Peſnot.

1559.

Cum Priuilegio Regis.

44

Es de la Comp.a de Jesus de Sal.a y de la libraria

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Extrait du Priuilege.

IL EST DEFENDV à tous Imprimeurs, & Libraires, de non imprimer, ou faire imprimer, ny expoſer en vente ce preſent liure intitulé, *Corpus legum, cui adiuncta ſunt Caij Inſtitutiones, & viginti nouem Tituli ex corpore Vlpian.* Et ce iuſque au temps & terme de dix ans prochainement venans à conter du iour & date que la premiere impreſsiõ dudit liure ſera paracheuée dimprimer, ſi non par le congé & permiſsion de Loys Peſnot libraire de Lyon, ſur les peines contenues es letres ſur ce depeſchées, à Lyõ, le douzieme iour de Septembre, Mil cinq cens quarante huict. & de noſtre regne le deuzieme.

Signé par le Roy, Iean Iaques, Maiſtre des requeſtes preſent. Coeſier, Et ſeellées de cire iaune à ſimple queüe.

AMPLISSIMO VIRO CLADIO GVSTANO *Apud Senonas Gallos Prætori Vrbano, Ludouicus Peſnotius Salutem.*

NOBILIVM inter veteres ſcriptorũ monuméta, ex conclusis educta inacceſſarũ Bibliothecarũ latebris, & multa, & eximia nobis pridẽ dediſti (vir clariſsime,) ea ſc. expectatiõe, eóq; vetuſtatis cõſeruãdæ, & publicæ vtilitatis iuuãdæ ſtudio, vt quãprimũ noſtris excuſſa typis æditiõis nouę rediuiua velut metaſtaſi in lucẽ reuocarẽt. Quod cũ neq; ſtatim neq; longo poſt tpe factũ fuerit non dubiũ eſt quin id iure ſuccenſere debeas, iſtámq; noſtrã longam ceſſationẽ vertere in obliuionis, aut ignauiæ accuſationẽ: ſic vt mecũ expoſtulare videaris, & antiquitatẽ ſuo honore, & poſteritatẽ ſuo fructu eſſe à nobis hactenus fraudatã. Quæ omnia tametſi cõſciẽtia veri, me admodũ reddãt ſolicitũ, vt qui in his planè ſefelliſſe nõ diffiteor, longè tamẽ magis vereor, ne iſtud indigniûs feras, qđ poſt tam diutinam dilationẽ, dum ad illa ædẽda nũc demũ accingor, pro partu montis promiſſo & ſperato exiguũ murem in medium educam ceramicum, & in arenam pro Leone capum, hoc eſt pro numeroſa inſignium voluminũ mole tuo beneficio habita vnicũ tantũ libellũ, & omniũ quos abs te accepi, minimũ

CORPVS LEGVM PER MODVM INSTITVTIONVM

ex vetuſtiſsima Bibliotheca, in ſtudioſorum Iuris prudentiæ gratiam, & vtilitatem recens æditum.

De Iuſtitia & iure.

IVRI OPERAM daturum, priùs noſſe oportet, vnde iuris nomẽ deſcendat: eſt enim à iuſtitia appellatum. Iuſtitia a autem eſt conſtans b, & perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens. Ius verò (vt Celſus diffiniuit,) eſt æquitas conſtituta vel præceptum boni & æqui. Huius quidem prudentia, eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſciẽtia. Eius præcepta ſunt, honeſtè viuere, aliũ

a Iuſtitia. Chryſippus nihil aliud iuſtitiã putauit, quàm iniuſtitiæ priuationem.

b Secundum hoc quòd à Deo creata fuit.

TITVLVS I.

De libertis.

LIBERTORVM genera ſunt tria, ciues Romani, Latini, Iuniani, dedititiorum numero. Ciues Romani ſunt liberti, qui vindicta, cenſu, aut teſtamento, nullo iure impediente, manumiſsi ſunt.

Vindicta manumittuntur, apud magiſtratum, velut prætorem, conſulem, proconſulem.

Cenſu manumittebãtur olim, qui luſtrali cenſu, Romæ, iuſſu dominorum, inter ciues Romanos cẽſum profitebãtur.

Vt teſtamento manumiſsi liberi ſint, lex duodecim Tabularum facit, quæ confirmat, prohibet, exceptis quibuſdã cognatis, & ſi plus donatũ ſit, nõ reſcindit.

Minus quàm perfecta lex eſt, quæ vetat aliquid fieri, & ſi factum ſit, non reſcindit: ſed pœnam iniungit ei, qui contra legem fecit, qualis eſt lex Furia teſtamentaria, quę plus quàm mille aſsium legatum, mortis ve cauſa prohibet capere: præter exceptas perſonas, & aduerſus eũ qui plus ceperit, quadrupli pœnam conſtituit.

Lex aut rogatur, id eſt, fertur: aut abrogatur, id eſt, prior lex tollitur: aut de-

rogatur,

IVLII

PAVLI IVRECONSVLTI

SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM LIBRI QVINQVE.

*

LIBER PRIMVS.

De pactis & conuentionibus.

TITVLVS I.

OMNE PACTVM poſteriore pacto diſſoluitur, licet pariat exceptionem.

2 Neque contra leges, neq; contra bonos mores paſcici poſſumus.

3 Poſt rem iudicatam pactum, niſi donationis cauſa interponatur, ſeruari non poteſt.

De curatoribus & cognitoribus.

TITVLVS II.

1 OMNES infames qui poſtulare prohibentur, cognitores fieri non poſſunt, ętiam volentibus aduerſarijs.